

17. Febr. 40

SERENISSIMÆ REGIOQUE HONORE
FULGENTISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ.

Xa
3487

DOMINÆ
MARIAE
AMALIAE,

ORTÆ ELECTORALI
GENTE MARCHIONUM BRANDENBURGICORUM, DUCIS MAGDEBURGENSIMUM, SAXONIÆ, JULIÆ, CLIVIÆ ET
MONTIUM, STETINI, POMERANORUM, CASSUBIÆ, VANDALORUM, ANGRIÆ ET WESTPHALIÆ, SILESIÆ QUOQUE ET CROSNÆ, LANDGRAVIÆ THURINGIÆ, LIMITANEÆ COMITIS MISNIÆ ET UTRIUSQUE LUSATIÆ, BURGGRAVIÆ NORIBERGENSIS, PRINCIPIS HALBERSTADIENSIS, MINDENSIS, CAMINENSIS HENNEBERGICÆQUE,
COMYT ISHOHENZOLLERENSIS, MARCÆ ET RAVENSBERGÆ,
DESPONEÆ RAVENSTEINII, TRACTUS ITEM LAU-
ENBURGENSIS AC BUTOVIENSIS, &c. &c.

PRINCIPIS AC DOMINÆ
INDULGENTISSIMÆ
NATALEM
FESTIS VOCIBUS
EXCIPET
LYCEUM EPISCOPALE
D. XXVII NOVEMBRIS, HORA IX.
AUDITORES ERUDITOS
EA, QUA PAR EST, OBSERVANTIA
ADVOCAT
M. GOTTFRIDUS GLEITSMANNUS, R.



CIZÆ, Charactere HUCHONIS.



Editit, summo volente Numinē, & quod anno proximo a DEO immortali tacita mentis veneratione precati sumus, felicissime rediit dies ille sacer nobis, festus & venerabilis, quo SE-

RENISSIMA PRINCEPS MA-

RIA AMALIA

MATER PATRIÆ INDULGENTISSIMA,

hanc suavisissimam lucem primum adspexit, maximaque lœtia PAR-
ENTES INCLYTISIMOS cumulavit ac pene obruit. Vivit illa,
incolumis ac salva, & in sinu atque in deliciis habet & ipsum salvum.

REVERENDISSIMUM AC SERENISSIMUM CONJUGEM

MAURITIUM GUILIELMUM,

AMOREM populi sui bonorumque omnium, PRINCIPEM, cuius il-
lustrisissimarum virtutum præconem disertum satis & ornate dicen-
tem vix usquam reperias. Vivit, inquam, & amplectitur osculatur
que carissima castissimi thori PIGNORA, FRIDERI-

CUM AUGUSTUM, PRINCIPEM JUVENTU-

TIS, qui tanquam salutare aliquod fidus, a DEO datum, paucis abhinc
annis his regionibus apparuit & affulxit; & FILIAM CELSISSIMAM

DOROTHEAM GUILIELMINAM,

pulcherrimam PATERNORUM MATERNORUMQUE morum,
pietatis, constantiae, humanitatis effigiem. Ingentem fortuna sua ful-
gorem demirabatur Saxonia, cum a MAGDALENA SIBYLLA,

orpu & natalibus BRANDENBURGICA, DIVI JOHANNIS
GEORGII PRIMI, ELECTORIS SAXONIÆ, qui Germaniæ

quoddam quasi Ancile fuit, CONJUGE, SERENISSIMI

MAURITII GUILIELMI nostri AVIA, luce

quadam clarissima collustraretur. Num vero patria nostra hodie mi-
nus putanda felix, quæ amatur a PRINCIPE BRANDENBURGICA,

quam augustarū virtutum studio MAGDALENÆ SIBYLLE
maxime parem & simillimam se semper gerere, nemo nisi impurus at-
que impius negaverit? Pie, caste sancteque venerari DEUM, ejus be-

nignitate unice niti & magnopere confidere, artes fuerunt præcipuae,
in quas MAGDALENA SIBYLLA omni cogitatione cura-

que incubuit. Eadem sunt artes, quibus primis temporibus atatis

sua erudita est egregie **MARIA AMALIA**, & in qui-

bis exercere se nec interdiu nec nocte omittit. Ut enim Dominator-

rem rerum & omnia nuto regentem DEUM castissimam esse men-

tem ac purissimam intelligit: sic eundem animo simplici & verafide-

coli quam rectissime judicat, eamqueob causam dat operam, ut fara-

tecta præcepta DEI usque habeat sua sanctimonia. Et dubitatil aliquis,

precibus

precibus ac obsecrationibus PRINCIPIS nostræ a DEO impetrari, ut
exitium ab urbis tectis templisque ac Cizensibus mœnibus totoque E-
piscopatu & ceteris provinciis arceatur, & plurimis contra bonis subje-
ctorum quisque cumuletur? Placet, placet summi rectoris Numini san-
cta illa MATRUM PATRIÆ piissimarum religio, idque efficit, ut
consilia MARITORUM, ab optima fide & optimo animo profecta &
ad civium salutem pertinentia, eos habeant eventus, de quibus lata-
ri vehementer honesti omnes possunt. Cum pietate in DEUM

MAGDALENA SIBYLLA singularem & incredibilem hu-
manitatem, clementiam, lenitatem, moderationem vinculo conjunxit

suavissimo, eaque omnes, qui parebant, cuiuscunque generis,

ordinis ac fortuna ii essent, mirandum in modum sibi devinxit.

MARIAM AMALIAM quis non appelleret lenisfi-

mam, humanissimam, mitissimam, qua tot quotidie dat specimeni-

clementia & mansuetudinis? qua tot miseris confirmat, tot afflitos

erigit, tot prostratos recreat? alienissima ab illarum foeminarum illu-

strium ingenio, qua suum tantummodo admirantes fastigium lautam-

que supellectile nunquam cura arumnae subjectorum cogitationeque

tanguntur. Hominibus enim in excelsò positis existimat esse dignissi-

mum, nemini aditum ad se temere intercludere, non contemnere pre-

ces supplicum, jacentibus ferræ suppeticas, saluti cujusque prospicere, o-

mnes eximia quadam charitate diligere, nihil omnino facere, nihil di-

cere, quod civium commodis repugnare videatur. Arque hæc est

causa, ob quam in mediis populi ac visceribus hæret PRINCEPS NO-

STRA, longetur, quam inflatae difficilesque Dominae, quas comitari

perpetuo solent odium atq; invidia. Neque vero ita comitate sua com-

plexa mortales est **MAGDALENA SIBYLLA**, nihil ut un-

quam severe faceret atque graviter. Noverat enim, non in verbis so-

lum, sed in nutu etiam Principum foeminarum residere debere,

autoritatem, illasque si amandas a subjectis esse, ut adversus eas que-

dam simul ab his adhuc beatitudinem reverentia. Pari laude maxime conspi-

cuia est **MARIA AMALIA**, in qua divinam quan-

dam gravitatem, quotquot sub ea vivunt, demississime venerantur,

arque illam unam, admirabilis comitate conditam, & parere reveren-

tiam & conservare omnium optime posse, agnoscent. Postquam e-

nim comitas affabilitasque sermonis animos hominum conciliavit; ei-

dem ad persa severitas conciliatos operibus quibusdam & munitioni-

bus quasi sepit, ut amor impunitate quadam & licentia redundans ac

superfluens reprimiratur, eaque gignat observantia, per quam hono-

re ac dignitate antecedentes, quos diligimus, etiam reveremur & coli-

mus. Auxit amorem populi, auxit etiam gloriam beatissimæ MAG-

DALENÆ SIBYLLÆ abstinentia & continentia, eaque

tam mirifica, ut frugalissimæ vita exemplum salubre matronis & virgi-

nibus magna hæc Princeps ea ætate fuerit. Nec hac virtute MATER

PATRIÆ nostræ est inferior, quam laudata Princeps; cuius animus

ut ab otiosa vita, plena & conferta languidis & obfconis voluptatibus,

prorsus abhorret; sic avaritiam tanquam aliquod immane ac pernicio-

fum monstrum fugit & execratur. Per luxuriam effundere & confu-

mere fortunas omnes, foedum flagitiosumque; & plus opera, quam-

deceat, in re querenda ponere, torpidum & abjectum putat. Bene-

ficentiam contra & liberalitatem sine spe premiorum exercere, tanto

magis decere Principes arbitratur, quanto hac parte proprius ii ad Dei

similitu-



X 2964216
1a
3487
J.R.
similitudinem accedere queunt. Jam quid de animi magnitudine, quid de prudentia in judicando, quid de summa castimonia & pudicitia, quid de fide in Conjugem Serenissimum, quid de aliis virtutibus dicemus, quibus tanquam divinis quibusdam bonis infrastructa atque ornata fuit MAGDALENA SIBYLLA; & quas colere MARIA AMALIA nostra sibi amplissimum ducit atque pulcherrimum? Hanc ergo cum singulari DEI immortalis munere ac providentia integrum hodie incolumentque intueri, &, quae decet, modestia atque animi demissione venerari nobis liceat; pietatis nostræ est, agnoscere hoc coeleste munus, laudibusque publice & solenniter celebrare Numinis bonitatem, & immortales ei gratias latenti animo perolvare, idemque affidius precibus orare, ut INDULGENTISSIMAM PRINCIPEM nostram cum REVERENDISSIMO CONJUGE AC PROLE UTRIUSQUE SEXUS CELSISSIMA tegat, tueatur, ab omnique incommodo, detimento, molestia sinceram integrangamque conservet. Atque hoc ipsum est officium, quo gymnaſii Episcopalis nomine fungentur Parentum nobilissimorum ac de publicare optime meritorum filii, virtutis ac liberalium artium amore flagrantissimi juvenes,

CHRISTIANUS GUILIELMUS HASIUS,

&

JOHANNES GUILIELMUS GROETSCHIUS

Cizenses,

quorum ille una, *quis status, que fortuna rerum Germanicarum fuerit, cum FRIDERICUS GUILIELMUS MAGNUS, CLEMENTISSIMÆ PRINCIPIS nostræ PARENTES SERENISSIMUS, ad gubernacula reipublicæ accederet, quas queret idem HEROS INVICTUS inter imperii gesserit initia, oratione præclara & luculenta exponet: hic autem, quantum studium ELECTOR ille POTENTISSIMUS in eo posuerit, ut post suæ neftissima tot annorum bella pacis exoptatissime nomen terris Brandenburgicis tandem redderetur, plane perpicueque edifferet. Quem actum perillustres, magnificos ac summe reverendos scholæ hujus patronos & antistites, cunctosque, qui hic sunt, optimarum literarum fautores, pro fide, qua DOMUI SERENISSIMÆ quisque in perpetuum obstrictus est, crastino die ab hora IX si per graviora negotia licet, per honorifica præsentia sua splendore decoratos esse, ut nequaquam addubitus: ita, quæ partes nostræ sunt, observanter idem rogamus & officiose contendimus. Non mediocriter gaudebit PRINCEPS MITISSIMA, cum virorum vario scientiarum genere ac laude conspicuorum pulcherrimam coronam preces & vota sua cum gymnaſii nostri religione suaviter conjunxit se percepit. Amplissimi quoque discipulorum nostrorum parentes facient maximi, quicquid ad animos filiorum, de quibus spem optimam habent, excitandos & inflammados a benevolis auditoribus conferuntur.* PP. Cizæ VI Kalend. Decemb. 1510CCIII.



Dr. 174. 40
SERENISSIMÆ REGIOQUE HONORE
FULGENTISSIMÆ PRINCIPIS AC DOMINÆ,
DOMINÆ

Xa
3487
cat.

MARIAE AMALIE

ORTÆ ELECT
GENTE MARCHIONU
DENBURGICORUM, DUC
BURGENSIMUM, SAXONIÆ, JULIA
MONTIUM, STETINI, POMERAN
BIÆ, VANDALORUM, ANGRIÆ
LIÆ, SILESIÆ QUOQUE ET CROSN
THURINGIÆ, LIMITANEÆ COMITIS MISN
LUSATIÆ, BURGGRAVIÆ NORIBERGENSIS,
STADIENSIS, MINDENSIS, CAMINENSIS H

COMYT ISHOHENZOLLERENSIS, MARCÆ E
DESPoENÆ RAVENSTEINII, TRACTU
ENBURGENSIS AC BUTOVIENSIS

PRINCIPIS AC DO
INDULGENTISSIM
NATALI
FESTIS VOC
EXCIPIENT
LYCEUM EPISC
D. XXVII NOVEMBRIS, H
AUDITORES ER
EA, QUA PAR EST, OBSE
ADVOCAT
M. GOTTFRIDUS GLEITS



CIZÆ, Charactere HUCHONIS.

